

22 Janvris 1750.

In quibus dudum facta per  
 Ceteros Commissarios ad hoc Specialiter  
 Deputatos de mandato charissimi  
 Domini et consanguinei nostri Regis  
 Caroli contra Joannem Bedocum tunc  
 Magistrum et Monetarium ipsius  
 Domini Regis apud Montem et  
 periculum ad instantiam procuratorum  
 nostrorum super eo quod eidem imponebatur  
 quod ipse Joannes Bedocum

Deliquisse in Immunendo et Debilitando  
dictas monetas Regias que de  
legitima lege expondere et fraudando  
contra ordinationes regias Super  
sua editas in ipsius Domini regis  
caroli et reipublice præjudicium  
et non modicum detrimentum dicto  
joanne contrarium asserente et esse  
plures rationes ad sui defensionem  
et ejus innocentiam ostendendam  
proponente et ostendente se esse  
personam bonæ famæ et conversationis  
sua honestæ et in dicto officio bene  
et laudabiliter segerisse, ipsa quæ  
inquestæ tam Super facto principali  
quam Super rationibus et esse  
defensionibus dicti Joannis cedente  
perfectæ et completæ et in causa  
renuntiato et concluso, ipsa quæ curiæ  
ad judicandam reportata, et per  
eam Curiam nostram dictis  
partibus vocatis et auditis et

etiam de consensu dictarum partium  
 recepta vix que et diligenter examinata  
 un a cum quibusdam litteris ipsius  
 Domini et consanguinei nostri regis  
 caroli per dictum Joannem Bedocum  
 eidem curie nostrae exhibitio per quas  
 dictae curiae extitit facta fides quod et  
 dictus Joannes Bedocum alias repertus  
 fuerat fataliter innocens de predictis  
 ac reperto per relationem quorundam  
 monetariorum magistrorum ipsius  
 Domini Regis caroli et nostrorum  
 ad hoc vocatorum quod ipsi esse  
 fecerant de quardam quantitate et  
 monetae quae tunc in monetagio et  
 molis perulam operabatur per  
 generosum nostrum Bellicudri  
 Parisios asportata probationem et  
 legitimam cum alia moneta reperta  
 tunc et in piseide eorum esse et  
 a existente in monetagio predicto  
 mouit perulam et quod per se

dictam probationem invenerunt dictam  
monellam esse bonam in Lege  
et respondere ad unum et commendatum  
et ipsum Joannem bedoci de  
predictis sibi impositis in hac  
parte esse sine culpa praemissa  
omnibus et aliis quae curiam  
nostram monere poterant et debebant  
consideratis et attentis deliberatione  
que super his praestabita diligenter  
dicta curia nostra eundem Joannem  
bedoci de predictis sibi impositis  
per suum iudicium absoluit ipsum  
que ad bonam famam suam  
si et quatenus ob causam  
predictam demerita extiterit  
et ipsum ab arresto in quo positus  
fuerit et erat occasione praedicta  
liberavit et praecipit omnia bona  
sua et fide iussorum suorum  
ea occasione capta et detenta  
ad plenum sibi reddi Datum die

xxii Januarii)